UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis Detractionibus

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Index Argumentorum In Discvrsibvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-74043

Visual Library

INDEX ARGUMENTORUM
IN DISCVRSIBVS.
Qui habentur in hoc Lib. IX. De Teſtamentis & Codicillis aliiſque ultimis voluntatibus.

DISC. I. *Romana Teſtamenti de Caraſis.*

De teſtamento nuncupativo nuncupatione implicita, per relationẽ ad ſchedulam in certo loco exiſtentem, juxta formam traditam *per Bart. in l. ſi ita ſcripſero ff. de condit. & demonſtr.* An, & quando valeat; Et quid requiratur ad validitatem.

Diſc. II. *Romana teſtamenti de Fabiis.*

De eadem materia teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita, circa probationem, ſeu veritatem identitatis ſchedulæ, ad cujus relationem illud factum ſit.

Diſc. III. *Romana hæreditatis de Angelis.*

De eadem materia teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita per relationem ad ſchedulam, quam teſtator alicujus confidentiarii manu ſcriptam, & ſubſcriptam eſſe dixit, an egeat ſolemnitatibus, illa præſertim ſubſcriptionis teſtatoris & teſtium; Et de probatione identitatis ſchedulæ traditæ Notario, Et an ex poſſibili ſuppoſitione, ac ſuſpicionibus, ejus fides ceſſet.

Diſc. IV. *Æſina fideicommiſſi.*

De eadem materia teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita, per relationem ad ſchedulam, ſuper qua Notarius coram teſtibus rogitum fecit, remanſa deinde penes teſtatorem, qui eam conſervandam tradidit Religioſo.

Et de aliis ad eamdem materiam, præſertim circa ſchedulæ aperturam, an requirat citationem venientium ab inteſtato.

DISC. V. *Romana teſtamenti, ſeu legati.*

De eadem materia teſtamenti nuncupativi nuncupatione implicita, invalidi ob ceſſantem certitudinem ſchedulæ.

DISC. VI. *Romana hæreditatis de Cevis.*

De teſtamentis Cardinalium per ſolam ſchedulam privatam in vim indulti, abſque ſolemnitatibus juris poſitivi, quando valeant, & quid requiratur ad eorum perfectionem & validitatem.

DISC. VII. *Romana hæreditatis de Iuſtinianis.*

De eadem materia teſtamenti conditi per Cardinalem, cum ſimplici ſcedula, in vim indulti, quando dicatur validum, & habile ad revocationem prioris teſtamenti conditi ad formam civilis cum ſolemnitatibus; Et de differentia inter bona patrimonialia, ſeu aliàs ex cauſa temporali quæſita, & alia obventa ex bonis Eccleſiaſticis.

DISC. VIII. *Romana legati.*

De eadem materia Indulti Cardinalitii, an præſertim deroget diſpoſitioni *Senat. Conſul. Liboniani* contra ſibi adſcribentes in teſtamento; Et incidenter de aliquibus ad materiam ejuſdem *Senat. Conſul. Liboniani.*

DISC. IX. *Florentina*

An indultum Pontificium Clerico ſæculari conceſſum liberè diſponendi, etiam omiſſis ſolemnitatibus, de bonis, quamvis ex Eccleſiaſticis beneficiis, vel commendis obventis, eaque tranſmittendi ad venientes ab inteſtato, ſuffragetur, atque hujuſmodi facultatem præbeat indultario, qui poſt illud obtentum, profeſſionem emiſerit in aliqua Religione, ſpecialiter verò in militari S. Joannis Hieroſolymitani.

DISC. X. *Lucana.*

De Statuto Lucano diſponente, ut codicilli fieri poſſint coram Notario, & duobus teſtibus, præterquam ſi in eis continerentur fideicommiſſa univerſalia totius hæreditatis, vel alicujus quotæ; An locum habeat in codicillis, in quibus adimatur fideicommiſſum in priori teſtamento ordinatum.

DISC. XI. *Romana teſtamenti.*

De teſtamento condito in Regno Sardineæ cum tribus teſtibus tantùm, an ſubſtineatur.

Et incidenter de teſtamento conditum calore iracundiæ, an & quando valeat ad materiam *text. in l. ſi filiam C. de inoff. teſtam.*

DISC. XII. *Taurinen. teſtamenti.*

De teſtamento condito ad formam Decreti Ducalis, vel Conſtitutionis Sabaudiæ, quando dicatur validum, ac perfectum.

Diſpoſita in teſtamento imperfecto ratione ſolemnitatum, ſed perfecto ratione voluntatis, condito ad piam cauſam, atque iſtius favore valido, an ſubſtineantur in totum, etiam quoad prophana.

Et de poteſtate Principis diſpenſandi ſolemnitatibus in teſtamento conficiendo, vel revalidandi teſtamentum jam factum, etiam re non integra, atque poſt jus quæſitum venientibus ab inteſtato.

DISC. XIII. *Romana legati locorum montium.*

De teſtamento ad pias cauſas ad formam text. *in cap. relatum de teſtam.* an, & quando dicatur pati defectum voluntatis, vel potiùs ſolemnitatis, ubi teſtator explicavit ejus animum circa piam diſpoſitionem, ſed ſequutus non eſt alter actus perficiens ab eo deſideratus.

DISC. XIV. *Romana hæreditatis de Monte nigro.*

An ſola ſchedula ſcripta, vel ſubſcripta per teſtatorem ſine teſtibus, atque inter ejus ſcripturas reperta, ſufficiat ad teſtamentum validum, ac perfectum favore Eccleſiæ, vel piæ cauſæ.

DISC. XV. *Anconitana teſtamenti.*

De eadem materia *cap. relatum*; An ſcilicet ſchedula teſtamentaria, ex ſui facie imperfecta, manu teſtatoris conſcripta, per Religioſum poſt mortem teſtatoris apud Notarium exhibita, cum aſſertione, quod ſibi à defuncto tradita ſit cuſtodienda, ut exequtioni tanquam teſtamentum demandaretur, valeat, ac probet quoad pias diſpoſitiones, nec ne.

DISC. XVI. *Viterbien. hæreditatis.*

De eadem materia imperfectionis voluntatis, an & quando obſtet piæ cauſæ, Et quando hæc imperfectio adeſſe dicatur; Et quid in concurſu alterius Eccleſiæ vel piæ cauſæ.

DISC. XVII. *Roſſanen. hæreditatis.*

An dicatur diſpoſitio ad pias cauſas ubi contineat opus pium, pro cujus implemento, pingue emolumentum temporale adimplentibus aſſignatum ſit; Et quando teſtamentum minùs ſolemne pium, ſuffragetur aliis prophanis diſpoſitionibus.

DISC. XVIII. *Comen. legatorum.*

De eadem materia, an ſcilicet diſpoſita ad pias cauſas in minus ſolemni teſtamento, ſuffragentur circa prophanum exceſſivum emolumentum, quod pio operi ad favorem conjunctorum aſſignatum ſit; Et an ſolemnitates præſcriptæ in teſtamento cœci, requirantur in diſpoſitionibus ad pias cauſas.

DISC. XIX. *Romana legatorum.*

An legatum relictum conſanguineo, cum aſſertione, quod fieret ex charitate, dicatur pium, adeout debeatur ex minus ſolemni diſpoſitione; Et quid ubi Eccleſia, vel pia cauſa eſt hæres univerſalis, an teneatur ad legata prophana relicta in teſtamento minus ſolemni; Et incidenter, an ſecundum legatum cenſeatur cumulativum, vel ademptivum cum primo.

DISC. XX. *Romana teſtamenti, & codicillorum.*

An hæreditas directò in teſtamento relicta Eccleſiæ, vel piæ cauſæ, revocari, ſeu adimi valeat per codicillos

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

favore alterius piæ cauſæ; Et incidenter, an pia cauſa detrahat trebellianicam contra aliam piam cauſam.

DISC. XXI. *Romana hæreditatis, ſeu domus.*

De eadem materia, an codicillis adimi poſſit hæreditas, quæ piæ cauſæ in teſtamento relicta ſit; Et quando diſpoſitio codicillaris non importet ademptionem, ſed declarationem.

DISC. XXII. *Cathacen. hæreditatis.*

An pia diſpoſitio incerta ſubſtineatur; Et quatenus ſubſtineatur, an intrent facultates fabricæ S. Petri ratione incertitudinis; Perſona hæredis incerta, an poſſit ex adminiculis, & conjecturis certificari; Et quid reſpectu legatorum ad cauſas prophanas.

DISC. XXIII. *Romana legati de Caſiis.*

De eadem materia legati, vel alterius diſpoſitionis, ad pios uſus incertos per teſtatorem non declaratos, ſed alterius voluntati, ſeu declarationi commiſſos, an valeat; Et an, & quando continere dicatur talem incertitudinem, ut intrent facultates Fabricæ S. Petri, potiſſimè ubi facultatarius ſit Religioſus profeſſus.

DISC. XXIV. *Cæſaraugustana teſtamenti.*

An, & quando Epiſcopus condere poſſit teſtamentum ad pias cauſas, ſive, (ut dicitur) pro anima, pro morientibus ab inteſtato; Et quatenus poſſit, quomodo id practicari debeat.

DISC. XXV. *Tudertina ſucceſsionis.*

De teſtamento condito coram parocho, & teſtibus juxtà formam *cap. cum eſſes de teſtamen.* Et an teſtes debeant eſſe omninò integri, itaque forma ſit ſolemnis, vel probatoria; Et incidenter de Statutis laicalibus, an habeant locũ in ſucceſſione clerici inter laicos.

DISC. XXVI. *Romana teſtamenti de Monaldenſibus.*

De teſtamento inter liberos, quibus ſolemnitatibus ſubjaceat; Et quid ad ejus perfectionem, ac validitatem exigat.

DISC. XXVII. *Albanen. hæreditatis.*

De eadem materia teſtamenti inter liberos, ubi inæqualiter cum eis diſpoſitum ſit; Et aliqua de teſtamento condito tempore peſtis.

DISC. XXVIII. *Romana teſtamenti militaris.*

De teſtamento militari, an hodie ſit in uſu; An milites noſtri temporis gaudeant privilegiis militaribus, & de requiſitis dicti teſtamenti militaris; Et an intret favor, vel privilegium cauſæ piæ, ubi hæc non immediatè, ſed mediatè vocata ſit.

DISC. XXIX. *Tudertina teſtamenti de Aptis.*

De teſtamento condito per mulierem ſine ſolemnitatibus à Statuto requiſitis, an valeat, ubi eſt inter liberos; Et quatenus ſic, an ſubſtineatur quoad ſubſtitutiones & onera; Et quid ubi mulier forenſis ſequatur domicilium viri, ubi tale Statutum vigeat; Et an juramentum, vel renunciatio Statuti aliquid operetur.

DISC. XXX. *Spoletana teſtamenti.*

De Statuto prohibente mulieri, vel alteri, teſtamenti factionem abſque certis ſolemnitatibus, an, & quando valeat; Et quatenus ſic, quando dicatur ei ſatisfactum, ſive quando abſque interventu ſolemnitatum, teſtamentum ſubſtineatur; Et an ille, cujus præſentia, vel conſenſus requiritur, poſſit ſibi ip ſi auctorari.

DISC. XXXI. *Aſculana dotis, ſeu teſtamenti.*

De Statuto Aſculano prohibente mulieribus nuptis teſtamenti factionem abſque præſentia, vel requiſitione viri, an dicatur illi ſatisfactum per conſenſum præcedentem, vel ſubſequentem a viro præſtitum, ſive per interventum procuratoris ad id per eum deputati, quoties teſtamentum ad ejuſdem viri favorem conditum ſit.

Et ubi teſtamentum ad formam dicti Statuti invalidum cenſendum eſſet; An ex illo reſultet revocatio prioris teſtamenti quod ſolemniter, ac validè initum ſit.

DISC. XXXII. *Maſſanen. tranſactionis.*

De Statutis prohibentibus viro teſtari, ſeu aliàs diſponere ad favorem uxoris; Et præſertim de Statutis Piſarum, & Plumbini, ac aliis, quomodo ſint intelligenda; Et incidenter de tranſactione facta nomine filiorum per patrem tanquam legitimum adminiſtratorem, an eos liget.

DISC. XXXIII. *Romana teſtamenti de Martiris.*

De teſtamento cœci, quas ſolemnitates particulares requirat.

Et de invaliditate teſtamenti, quod extortum prætendatur cum falſis ſuggeſtionibus, ac malis artibus, & quid requiratur pro ejus annullatione ex hoc capite.

Et incidenter de materia text. *in cap. cùm eſſes.* an ea forma ſufficiat etiam in teſtamento cœci; Et quid in Urbe.

DISC. XXXIV. *Romana teſtamenti de Iehot.*

De teſtamento condito per filium familias, an, & quando valeat; Et in ſpecie de teſtamento clerici filii familias in bonis adventitiis.

Et incidenter de conſuetudine Galliarum ſuper facultate teſtandi in filiis familias.

DISC. XXXV. *Ianuen. ſeu Portus Veneris.*

De inteſtabilitate Religioſi profeſſi; Et an teſtamentum ab eo conditũ ante profeſſionem, recipiat eſſentiam, ac perfectionẽ à die profeſſionis, vel potiùs à die mortis naturalis, ad effectum caducationis per prædeceſſum inſtituti.

Et an poſitâ perfectione à die profeſſionis, liceat eidem teſtatori ejus voluntatem declarare in præjudicium hæredis inſtituti, vel aliorum, quibus ex teſtamento jus quæſitum ſit.

DISC. XXXVI. *Romana cenſus vitalitii.*

Teſtamentum profeſſi in Societate Jeſu, an valeat, atque effectum ſortiatur à die emiſſæ profeſſionis, vel attendendum ſit tempus mortis naturalis; Et quatenus attendatur mors ficta, quæ reſultat ex profeſſione; quid dicendum ſit de fructibus bonorum ab ipſomet profeſſo perceptis, antequam hæres in teſtamento ſcriptus, hæreditatem adeat.

Aliqua de incapacitate profeſſorum Societatis Jeſu, & ipſiuſmet Societatis; Et aliqua de natura, ſeu qualitate pecuniarum, ac reddituum in Chartulario Sancti Georgii Januæ.

DISC. XXXVII. *Romana facultas diſponendi.*

De inteſtabilitate, ac interdicta facultate diſponendi meretricum Urbis, non relictâ quâdam portione Monaſterio Convertitarum; Et an id impediat, quin pecunias dare valeant ad cenſum vitalitium, adeo ut iſte contractus per Monaſterium ratione ejus præjudicii, poſſit prohiberi.

DISC. XXXVIII. *Romana hæreditatis, vel bonorum.*

De invaliditate teſtamenti ob dementiam teſtatoris, & quæ dementiæ ſpecies ad hunc effectum requiratur.

DISC. XXXIX. *Avenionen. fideicommiſſi.*

De invaliditate teſtamenti ex cauſa furoris, vel amentiæ, quando intret necne; Et de teſtamento ad interrogationem per nutum.

DISC. XL. *Neapolitana teſtamenti.*

De eadem materia invaliditatis teſtamenti ratione infirmitatis mentis, & quando hæc reddat inteſtabilẽ, necnè; Et incidenter, an judicium invaliditatis teſtamenti, tractari poſſit cum legatario, non vocato hærede univerſali.

DISC. XLI. *Nullius ſuppreſsis nominibus.*

Teſtamentũ in ſtatu valido conditum, an per ſupervenientem teſtatoris furorem, vel dementiam, aliquem defectum patiatur; Et quatenus non; Si inſtitutio hæredis concepta ſit per verba præſentis temporis, adeò ut denotent eam factam eſſe in bonis, quæ tunc teſtator poſſidebat; An complectatur bona poſt dementiam in teſtatorem obventa.

DISC.

DISC. XLII. *Romana hæreditatis de Spatis.*

De materia diſpoſitionis, quæ prætendatur captatoria, quando in ejus caſu eſſe dicamur; Et quatenus ſic, itaut ſit invalida, an illa vitietur, vel vitiet totum teſtamentum.

Et quando teſtator diſponere poſſit de bonis propriis hæredis, eumque in eis gravare.

DISC. XLIII. *Romana renunciationis.*

De eadem materia captatoriæ, quando adeſſe dicatur, adeout vitiet teſtamentum; Et an detur captatoria in renunciationibus, ſeù donationibus, aliiſque actibus inter vivos.

DISC. XLIV. *Piſauren. legati.*

De teſtamentaria diſpoſitione collata in alienam voluntatem, ſivè alicui fiduciario commiſſæ ad terminos *textus in l. Theopompus*; Atque duobus fiduciariis diſcordantibus, cui potiùs deferri debeat.

DISC. XLV. *Ianuen. ſeù Neapolitana.*

De eadem materia diſpoſitionis collatæ in alterius voluntatem, & quæ vulgò captatoria dici ſolet, an & quando ſubſtineatur, & quid operetur piæ cauſæ favor.

DISC. XLVI. *Romana annuæ præſtationis.*

De eadem materia validitatis, vel invaliditatis diſpoſitionis in alienam voluntatem collatæ, quæ ſub captatoriæ vocabulo per antiquiores explicari ſolet, an valeat, necnè; Et incidenter, an extrinſeca probatio voluntatis teſtatoris debeat eſſe ſolemnis cum eadem ſolemnitate requiſita in ultimis voluntatibus, vel ſufficiat naturalis, etiam præſumpta, & imperfecta.

DISC. XLVII. *Placentina hæreditatis.*

An, & quando ille, cui commiſſa eſt à teſtatore declaratio ejus voluntatis, vel facultas eligendi, ſeù ominandi, poſſit variare, atque nominationem, vel electionem ſemel factam revocare

DISC. XLVIII. *Tudertina legatorum.*

An fiduciarius, qui in executionem ſibi commiſſæ voluntatis mandet ejus hæredi, implementum ejus, quod ſibi commiſſum eſt, cenſeatur ejus hæreditatem, ac bona obligare, adeout, habenda ſit tanquam diſpoſitio propria.

DISC. IL. *Neapolitana, ſeù Urbevetana ſucceſſionis.*

De ambigua, ſeù incerta ultima voluntate, quomodo debeat interpretari; Et præſertim de vocabulo **Sobrinos**, quod Hiſpanico idiomate concepto, quid importet, & an conveniat conjunctis naturalibus tantùm.

DISC. L. *Romana hæreditatis de Boiſſon.*

An valeat teſtamentum minoris favore curatoris; Et incidenter, an dicatur pium teſtamentum, quod ſub commemoratione pietatis factum ſit favore privati, cum quo alia ratio temporalis affectionis urgeat.

DISC. LI. *Romana invaliditatis teſtamenti.*

An valeat teſtamentum infirmi ad favorem medici, ſeù illud litigantis, ad favorem Judicis, vel Advocati.

DISC. LII. *Romana ſucceſſionis.*

De inteſtabilitate paſſiva naturalium tantùm, ac de teſtamento, vel alia ultima voluntate ad eorum favorem facta, vel ab eis legitimè deſcendentium; Et quid in Urbe ex ejus Statuto; Et de eodem infrà *diſc.* 74.

DISC. LIII. *Aquipendii ſucceſſionis.*

De eadem materia invaliditatis teſtamenti favore illegitimorum; Et quando legitimatio ſufficiat ad iſtud obſtaculum removendum necnè; Et an in dubio, id quod diſponitur favore illegitimi, præſumatur adæquare id, de quo diſponi poteſt pro alimentis; Et cui incumbat onus probandi exceſſum, vel adæquationem reſpectivè.

DISC. LIV. *Mutinen. ſeù, &c. teſtamenti.*

De eadem materia invaliditatis teſtamenti ordinati favore illegitimorum, Et quando iſtis legitimatio obtenta à Principe laico proſit, ſi teſtator ſit clericus, vel in bonis extrà territorium; Et de Conſtitutione Pii V. contrà illegitimos.

DISC. LV. *Melevitana legati.*

De paſſiva inteſtabilitate ejus, qui teſtatorem coegit ad teſtandum, ſeù aliàs eum graviter offendit, ſeù teſtamentum ex capite dementiæ impugnavit, ut invalida cenſeri debeant diſpoſita ad ejus favorem.

DISC. LVI. *Neapolitana legati.*

De paſſiva inteſtabilitate Religioſi profeſſi, nè aliquid ad commodum particulare, ex teſtamento obtinere valeat; Et an id ſequi valeat ſub titulo exequutoris teſtamentarii, Et de aliquibus ad materiam exequutoris teſtamentarii; Et de præcepto teſtatoris nè Religioni quæratur.

DISC. LVII. *Roſſanen. hæreditatis.*

De invaliditate teſtamenti, ob præteritionem aſcendentis; Et an debeat conſtare, quod ſit appoſita de voluntate teſtatoris, clauſula codicillaris, vel altera *omni modo meliori*.

Agnitio hæreditatis ex teſtamento jure directo, an, & quando impediat recurſum ad jus obliquum codicillorum, ad materiam text. *in l fin. Cod. de jure codicillorum.*

DISC. LVIII. *Bononien. ſeù Neapolitana hæreditatis*

De eadem materia invaliditatis teſtamẽti, ob præteritionem filii; Et an, & quando clauſula codicillaris, quamvis expreſsè adjecta, dictam nullitatem non ſalvet; Et an hæc exceptio impediat hæredi ſcripto, immiſſionem *ex remedio l fin. Cod. de Edict. Div. Hadr.*

DISC. LIX. *Senen. teſtamenti.*

De eadem materia nullitatis teſtamenti ratione præteritionis, quid operetur clauſula codicillaris, vel Statutum loci, ſeù favor cauſæ piæ; Et an reſoluta inſtitutione hæredis in fideicommiſſum, ac jure obliquo, competat etiam trebellianica ultrà legitimam.

DISC. LX. *Ianuen. ſucceſſionis.*

De eadem materia invaliditatis teſtamenti, ob præteritionem patris; Et quid ubi poſt teſtamentum, pater præteritus prædecedat teſtatori; Et quid in hoc diſponatur per Statutum Januæ.

DISC. LXI. *Placentina hæreditatis.*

De invaliditate teſtamenti, ob præteritionem fratris, inſtituta turpi perſona: Et quis in propoſito dicatur turpis.

Et an teſtamentum clerici ſubjaceat quærelæ inofficioſi, ex iſto, vel alio capite.

DISC. LXII. *Veliterna.*

Teſtamentum conditum in ſtatu, quo teſtator filios non habebat, an mutato ſtatu, atque filiis procreatis, ceſſet quoad omnia, etiam legata ad pias cauſas, vel potiùs iſta egeant expreſſa, & ſpeciali revocatione.

DISC. LXIII. *Viterbien. ſucceſſionis.*

De revocatione, ſeù ademptione contentorum in teſtamento per ſubſequentem conventionem, in qua, diſponendo de illis, de quibus in teſtamento diſpoſitum fuerat, reſervetur facultas diſponendi, Et an iſta ad exercitium deducta dicatur, ſi teſtator cum dicto priori teſtamento decedat.

DISC. LXIV. *Farfen. teſtamenti.*

An, & quando per lapſum temporis, cenſeatur revocatum teſtamentum, illudque habitum pro neglecto, potiſſimè favore venientium ab inteſtato, atque ceſſante cauſa indignationis, quæ vigebat de tempore teſtamenti; Et qualis declaratio in hoc ſufficiat.

DISC. LXV. *Romana fideicommiſſi de Victoriis.*

An, & quando cancellatio, vel interlineatio, contenta in teſtamento cenſeatur conſultò facta, adeò ut importet revocationem, vel ademptionem.

Et quid ſi inter ſcripturas Notarii, duæ ejuſdem teſtamenti ſcripturæ reperiantur, quænam dicenda ſit matrix, vel originalis.

DISC. LXVI. *Bononien. teſtamenti.*

An teſtamenti veritas probetur in antiquis, per ſcripturam informem, ſeù copiam, inter antiquas ſcripturas domus repertam, concurrentibus adminiculis.

DISC. LXVII. *Tiburtina Caſtrorum.*

De recognitione teſtamenti, quomodo facienda ſit, & quando dicatur facta ſufficienter, ut ei fides præſtanda veniat.

DISC. LXVIII. *Pampilonen. legati.*

De exequutoribus teſtamentariis, eorumque facultatibus, & quomodo exequi, vel interpretari valeant voluntatem teſtatoris.

DISC. LXIX. *Ianuen. teſtamenti.*

De interpretatione teſtamenti, Et quando aliquis cenſeatur inſtitutus hæres, quamvis id explicitè non dicatur.

DISC. LXX. *Romana pecuniaria.*

An, & quando, diſpoſitio facta cenſeatur, potiùs per ultimam voluntatem, quàm per contractum; Et quatenùs ſit per ultimam voluntatem, an confeſſio debiti, vel alia diſpoſitio, cum juramento, vel cum aſſertione, quod fiat pro exoneratione conſcientiæ, ſit revocabilis, necnè.

DISC. LXXI. *Caſenaten. bonorum.*

De teſtantium præceptis, an & quando ſint obligatoria, necnè, & præſertim de prohibentibus tranſactionem, vel diviſionem; Et de intelligentia præcepti pœnalis, de non inferendo moleſtias.

DISC. LXXII. *Panormitana diſpenſationis.*

De eadem materia conditionis, vel præcepti pœnalis, adjecti per teſtatorem, quando ſervari debeat, vel reſpectivè ſperni valeat; Et quid ubi illud, nonniſi cum Principis diſpenſatione adimpleri poteſt, an teſtamentarius teneatur eam impetrare; Et de termino per teſtatorem præfinito, quando currat, necnè.

Et de aliquibus ad materiam poteſtatis Papæ, vel Principis ſæcularis, commutandi ultimas voluntates, vel eis derogandi.

DISC. LXXIII. *Diſcurſus generalis.*

An, & quæ conditiones per teſtatorem, in teſtamento, vel alia ultima voluntate adjectæ, reſpicientes aliquid à jure prohibitum, putà reſtrictionem libertatis matrimonii, vel quid ſimile, vitientur, vel vitient.

DISC.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

DISC. LXXIV. *Bononien. ſucceſſionis de Pepulis.*
An pater pinguius diſponere poſſit cum filio illegitimo legitimato, quàm cum filio, vel deſcendente legitimo; Et quatenùs non poſſit, quomodo hæc exceſſiva diſpoſitio reformanda ſit, atque ad æqualitatem reducenda; Et de aliquibus ad materiam præteritionis, vel excluſionis unius, in odium alterius, putà matris vel patris; Et de aliis ad materiam *diſc.* 52.

DISC. LXXV. *Amerina teſtamenti.*
De eadem materia, de qua ſupra *diſc.* 26. & 27. teſtamenti patris inter liberos, confecti per ſchedulam privatam, domi inter ejus ſcripturas repertam, in ordine ad imperfectionem voluntatis.

DISC. LXXVI. *Tuſculana diviſionis.*
De derogatoria ad futura teſtamenta, aliàſque diſpoſitiones, contenta in teſtamento, ut ſcilicèt, illud revocatum non cenſeatur, niſi in diſpoſitione revocante, certa forma adhibeatur, vel certa verba contineantur; An, & quando attendenda ſit, necnè.

DISC. LXXVII. *Valentina Pontificalium.*
De inteſtabilitate Epiſcoporum, aliorumque Prælatorum, de ſacra ſuppellectili, aliiſque rebus ad Eccleſiæ ſervitium, vel Divinum cultum deſervientibus, quamvis teſtandi facultatem habeant, ut in eis neceſſaria ſit Eccleſiæ ſucceſſio; De quibus bonis intelligenda veniat, & quæ nam propriè dicantur venire ſub hac ſacra ſuppellectili.

SUMMA SIVE COMPENDIUM
Eorum, quæ in Foro magis practicabilia, continentur in hoc Lib. IX. de teſtamentis, & Codicillis, aliiſque ultimis voluntatibus.

INDEX CAUSARUM,

Hoc titulo de Teſtamentis, ordine alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.

A

Albanen. hæreditatis, diſc. 27. fol. 60.
Amerina teſtamenti, diſc. 75. f. 163.
Anconitana teſtamenti, diſc. 15. fol. 39.
Aquipendii ſucceſſionis, diſc. 53. fol. 115.
Aſculana dotis, ſeu teſtamenti, diſc. 31. fol. 69.
Avenionen. fideicommiſſi, diſc. 39. fol. 89.

B

Bonon. ſeu Neapolitana hæreditatis, diſc. 58. fol. 125.
Eadem ſucceſſionis de Pepulis, diſc. 74. fol. 161.
Eadem teſtamenti, diſc. 66. fol. 138.

C

Cathacen. hæreditatis, diſc. 22. fol. 50.
Cæſarauguſtana teſtamenti, diſc. 24. fol. 53.
Ceſenaten. bonorum, diſc. 71. fol. 145.
Comen. legatorum, diſc. 18. fol. 43.

E

Eſina fideicommiſſi, diſc. 4. fol. 9.

F

Farfen. teſtamenti, diſc. 46. fol. 33.
Florentina, diſc. 9. fol. 25.

I

Januen ſucceſſionis, diſc. 60. fol. 127.
Seu Neapolitana, diſc. 45. fol. 100.
Seu Portus Veneris teſtamenti, diſc. 35. fol. 79.
Eadem teſtamenti, diſc. 69. fol. 143.

L

Lucana, diſc. 10. fol. 26.

M

Maſſanen. tranſactionis, diſc. 32. fol. 70.
Melevitana legati, diſc. 55. fol. 119.
Mutinen. ſeu &c. teſtamenti, diſc. 54. fol. 116.

N

Neapolitana legati, diſc. 56 fol. 120.
Eadem teſtamenti, diſc. 40. fol. 92.
Seu Urbevetana ſucceſſionis, diſc. 49. fol. 109.
Nullius, diſc. 41. fol. 90.

P

Pampilonen legati, diſc. 68 fol. 141.
Panormitana diſpenſationis, diſc. 72. fol. 147.
Piſauren. legati, diſc. 44 fol. 99.
Placentina hæreditatis, diſc. 47. fol. 105.
Eadem hæreditatis, diſc. 61. fol. 129.

R

Romana annuæ præſtationis, diſc. 46. fol. 102.
Cenſus vitalitii, diſc. 36. fol. 81.
Facultatis diſponendi, diſc. 37. fol. 84.
Fideicommiſſi de Victoriis, diſc. 65. fol. 134.
Hæreditatis de Angelis, diſc. 3. fol. 7.
Hæreditatis de Boiſſon, diſc. 50. fol. 110.
Hæreditatis de Cævis, diſc. 6. fol. 14.
Hæreditatis de Juſtinianis diſc. 7. fol. 19.
Hæreditatis de Monte nigro, diſc. 14. fol. 36.
Hæreditatis de Spatis, diſc. 42. fol. 95.
Hæreditatis, ſeù bonorum, diſc. 38. fol. 87.
Hæreditatis, ſeù bonorum, diſc. 21. fol. 48.
Invaliditatis teſtamenti, diſc. 51. fol. 111.
Legati, diſc. 8. fol. 22.
Legati de Cæſiis, diſc. 23. fol. 51.
Legati locorum montium, diſc. 13. fol. 34.
Legatorum, diſc. 19. fol. 45.
Pecuniaria, diſc. 70. fol. 144.
Renunciationis, diſc. 43. fol. 97.
Succeſſionis, diſc. 52. fol. 112.
Teſtamenti de Caraſis, diſc. 1. fol. 1.
Teſtamenti de Fabiis, diſc. 2. fol. 4.
Teſtamenti de Jehot, diſc. 34. fol. 76.
Teſtamenti, diſc. 11. fol. 28.
Teſtamenti de Martinis, diſc. 33. fol. 72.
Teſtamenti de Monaldenſibus, diſc. 26. fol. 57.
Teſtamenti, & codicillorum, diſc. 20. fol. 46.
Teſtamenti militaris, diſc. 28. fol. 62.
Teſtamenti, ſeù legati, diſc. 5. fol. 11.
Roſſanen hæreditatis, diſc 17. fol. 42.
Eadem hæreditatis, diſc. 57. fol. 123.

S

Senen. teſtamenti, diſc. 59. fol. 126.
Spoletana teſtamenti, diſc. 30. fol. 66.

T

Taurinen. teſtamenti, diſc. 12. fol. 30.
Tiburtina caſtrorum, diſc. 67. fol. 140.
Tudertina legatorum, diſc. 48. fol. 107.
Succeſſionis, diſc. 25. fol. 55.
Teſtamenti de Aptis, diſc. 29 f. 64.
Tuſculana diviſionis, diſc. 76. fol. 166.

V

Valentina Pontificalium, diſc. 77. fol. 168.
Veliterna, diſc. 62. fol. 130.
Viterbien. hæreditatis, diſc. 16. fol. 64.
Succeſſionis, diſc. 63. fol. 132.